

In Vesperis cantatis  
IN CŒNA DOMINI  
POST ALTARIS DENUDATIONEM

ANTIPHONÆ ET PSALMI



*Duplex I. classis*

Gerolitus Ammosaulicus  
edidit

Bonnæ ad Rhenum - MMIII - Ædibus Bardorum

## AD VESPERAS

*Vesperæ, dicto secreto Pater noster. Ave Mariá. inchoantur absolute a prima Antiphona, inter dum Altaria denundantur.*


1. Antiphona  
II. d



A-li-cem \* sa-lu-tá-ris accípi-am, et no-



men Dó-mi-ni invo-cá-bo.



E U O U A E.

### Psalmus 115

**C**rédidi, propter quod lo-cútus sum: \* ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: \* Omnis homo mendax.

Quid retríbuiam Dómino, \* pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: \* et nomen Dómini invocá-bo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: \*

pretiósia in conspéctu Dómi-ni mors sanctorum ejus:

O Dómine, quia ego servus tuus: \* ego servus tuus, et fili-us ancillæ tuæ.


Dirupísti víncula mea: ⁊ ti-bi sacrificábo hóstiã laudis, \* et nomen Dómini invocá-bo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: \* in átriis domus Dómi-ni, in médio tui, Jerúsalem.


2. Ant.  
VIII. g



Um his qui o-dérunt pacem, \* e-ram pa-cí-fi-cus



dum loqué- bar il- lis,      impugnábant me gra-tis.



E U O U A E.

**Psalmus 119**

**A**d Dóminum cum tribu-  
lárer clamávi: \* et exaudí-  
vit me.

Dómine, líbera ánimam me-  
am a lábiis iníquis, \* et a lin-  
gua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid  
apponátur tibi, \* ad linguam  
dolósam?

Sagittæ poténtis acútæ, \*

cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi, quia incolátus  
meus prolongátus est: \* habi-  
távi cum habitántibus Cedar:  
multum íncola fuit ánima  
mea.


Cum his, qui odérunt pa-  
cem, eram pacíficus: \* cum  
loquébar illis, impugnábant  
me gratis.

3. Ant.  
VIII. g



**A**

B homí-ni-bus i-níquis \* lí-be-ra me, Dómi-ne.



E U O U A E.

**Psalmus 139**

**E**ripe me, Dómine, ab hó-  
mine malo: \* a viro iní-  
quo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes  
in corde: \* tota die constitué-  
bant prælia.

Acuérunt linguas suas sicut  
serpéntis: \* venénium áspi-  
dum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de  
manu peccatóris: \* et ab ho-  
mínibus iníquis éripe me.

Qui cogitavérunt supplan-  
táre gressus meos: \* abscon-  
dérunt supérbi láqueum mi-  
hi:

Et funes extendérunt in lá-  
quem: \* juxta iter scándalum  
posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus  
es tu: \* exáudi, Dómine, vo-  
cem deprecatiónis meæ.

Dómine, Dómine, virtus sa-  
lútis meæ: \* obumbrásti su-  
per caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, a  
desidério meo peccatóri: \* co-  
gitavérunt contra me, ne de-  
relínquas me, ne forte exal-

téntur.

Caput circúitus eórum: \* la-  
bor labiórurn ipsórum opéri-  
et eos.

Cadent super eos carbónes,  
in ignem dejícies eos: \* in  
misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur  
in terra: \* virum injústum  
mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciét Dómi-  
nus júdícium ínopis: \* et vin-  
díctam páuperum.

Verúmtamen justí confite-  
búntur nómini tuo: \* et habi-  
tábunt recti cum vultu tuo.

4. Ant.

VII. a

**C**



Ustódi me \* a láque- o quem sta- tu-é-  
runt mi-hi,



et a scánda- lis ope-ránti- um i-niqui-tá-tem. E U O U A E.

### Psalmus 140

**D**ómine, clamávi ad te,  
exáudi me: \* inténde vo-  
ci meæ, cum clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut  
incénsus in conspéctu tuo: \*  
elevátio mánuum meárum sa-  
crífícium vespértinum.

Pone, Dómine, custódiam

ori meo: \* et óstium circum-  
stántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in  
verba malítiæ, \* ad excusán-  
das excusatiónes in peccátis.

Cum homínibus operánti-  
bus iniquitátem: \* et non  
communicábo cum eléctis eó-

rum,

Corrípiet me justus in misericórdia, et increpábit me: \* óleum autem peccatóris non impínguet caput meum.

Quóniam adhuc et orátio mea in beneplácitis eórum: \* absórpti sunt juncti petræ júdices eórum.

Audient verba mea quóniam potuérunt: \* sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram.

Dissipáta sunt ossa nostra secus inférnum: ꝛ quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei: \* in te sperávi, non áuferas ánimam meam.


Custódi me a láqueo, quem statuérunt mihi: \* et a scándalis operántium iniquitatem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: \* singularíter sum ego donec tránseam.


5. Ant.

VII. a

**C**



Onside-rábam \* ad dexte-ram, et vi-dé-bam, et non



e- rat qui cognósce-ret me. E U O U A E.

### Psalmus 141

**V**oce mea ad Dóminum clamávi: \* voce mea ad Dóminum deprecátus sum:

Effúndo in conspéctu ejus oratióem meam, \* et tribulatióem meam ante ipsum pronúntio.

In deficiéndo ex me spíritum meum, \* et tu cognovísti sémitas meas.

In via hac, qua ambulábam, \* abscondérunt láqueum mi-

hi.

Considerábam ad dexteram, et vidébam: \* et non erat qui cognósceret me.

Périit fuga a me, \* et non est qui requírat ánimam meam.

Clamávi ad te, Dómine, dixi: \* Tu es spes mea, pórtio mea in terra vivéntium.

Inténde ad deprecatióem meam: \* quia humiliátus

sum nimis.

Líbera me a persecúentibus  
me: \* quia confortáti sunt su-  
per me.

Educ de custódia ánimam  
meam ad confiténdum nó-  
mini tuo: \* me expéctant ju-  
sti, donec retríbuas mihi.

*Capitulum, Hymnus et ✠ non dicuntur, sed statim prosequitur.*

Magn.

I. f

C
 Æná-ntibus au-tem, \* accépit Je-sus panem, bene-dí-  
 xit ac fre- git, de-dit dis-cí-pu-lis su- is. E U O U A E.

### Canticum B.Mariæ Virginis.

*Luc. I. 46-55.*

**M**agnificat \* ánima mea  
Dóminum:

Et exsultávit spíritus meus \*  
in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem  
ancíllæ suæ: \* ecce enim, ex  
hoc beátam me dicent omnes  
generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui  
potens est: \* et sanctum no-  
men ejus.

Et misericórdia ejus a pro-  
génie in progénies \* timénti-  
bus eum.

Fecit poténtiam in bráchio  
suo: \* dispérsit superbos men-  
te cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \*  
et exaltávit húmiles.


Esuriéntes implévit bonis: \*  
et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum su-  
um, \* recordátus misericórdi-  
æ suæ.

Sicut locútus est ad patres  
nostros, \* Abraham, et sémi-  
ni ejus in sácula.

V.  
C

Hri- stus \* factus est pro no- bis ob- óe-



di- ens us- que ad mor- tem.

*Pater noster totum sub silentio. Postea sequens modo peregrino.*

## Psalmus 50

**M**iserere mei, Deus, \* secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, \* dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: \* et a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: \* et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci: \* ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: \* et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: \* incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Asperges me hyssopo, et mundabor: \* lavabis me, et super nivem dealabor.

Auditui meo dabis gaudium et laetitiam: \* et exultabunt

ossa humiliata.

Averte faciem tuam a peccatis meis: \* et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: \* et spiritum rectum innova in visceribus meis.

Ne projicias me a facie tua: \* et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

Redde mihi laetitiam salutaris tui: \* et spiritu principali confirma me.

Docedo iniquos vias tuas: \* et impii ad te convertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae: \* et exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: \* et os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem utique: \* holocaustis non delectaberis.

Sacrificium deo spiritus contribulatus: \* cor contritum et humiliatum Deus non

despicias.

Benigne fac Dómine in bona voluntáte tua Sion: \* ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrificium justítiæ, oblatiónes et holocáusta: \* tunc impónent super altáre tuum vítulos.

*Quo finito, sine Orémus, dicitur simili voce Oratio.*

**R**éspice, quæsumus Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubi-

távit mánibus tradi nocéntium, et crucis subíre torméntum. *Sed Qui tecum vivit, dicitur sub silentio.*

*Deinde Diaconus cantat Evangelium Ante diem festum Paschæ. Quo finito inter lotionem pedum cantantur Antiphonæ ut in Libro Graduali suis locis notantur.*

Omnia jura vindicabimus

HOLGER PETER SANDHOFE

eMail: Sandhofe@gmx.net — <http://www.nocturnale.de>

© MMIII · Ædibus Bardorum